



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Alphonsi Madriliensis De Vera Deo Apte Inserviendi methodo Libellvs Avreus

Alfonso <de Madrid>

Coloniae, 1608

Specvlvm Illvstrivm Personarvm.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48891](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48891)

SPECVLVM IL-
LUSTRIVM PERSO-
NARVM, OLIM HISPA-
nico sermone à fratre Alphôso Ma-
driliensi editum, in gratiam cuiusdâ
dominæ Marchionissæ: nunc verò in
Latinû versum à F. IOANNE HEN-
TENIO Mechlinisi, sacræ Theolo-
giæ Professore, ac cœnobij fra-
trum Dominicanorum
Louanij mode-
ratore.

PROLOGVS.



IIVS Paulus à summo
Deo in vas electionis ele-
ctus, in quo diuitias ac
doctrinam vniuerso mû-
do reconderet, interdum alijs manife-
stabat defectus quosdam, quos ex hu-
manæ conditionis miseria experieba-
tur. Id autem cum vera animi mode-
stia agebat, ne nos admiraremur, dum
quisque nostrum eosdem defectus in se-
ipso conspiceret, sed potius à diuina
manu omnium bonorum largitrice re-
me-

Defectus
alijs ma-
lestè ma-
nifestare
iuvat.

Cap. 7.

Voluntas
ad bonum
perficien-
dū debi-
litata.

Vitam
hanc vite
nomē mi-
sime me-
reri.

Veram
vitam
spiritualē
esse &
Deo ser-
uire.

medium postularem, totis in hoc ipsū
& nostris viribus coadiuuantes, & si-
mul eorum quos existimarem ad ob-
tinendum huiusmodi remediū posse no-
bis suffragari. Inter alia autē qua glo-
riosus hic Apostolus nobis manifestat,
est id quod ad Roman. scribit, cum ait:
Velle adiacet mihi, perficere autem bo-
num non inuenio. Voluntas mea, inquit
ad multa bona se extendit, seu ea exo-
ptat: non inuenio autem me tantum
boni operari quantum cuperem, imō
sentio me ad illud perficiendū imbecillē
esse. Hoc ipsum, illustrissima domina
quāquā alijs verbis, meminisse te mihi di-
xisse impulsā magno remedij desiderio,
magnaq; anxietate, quod in eo inueni-
endo tantam videres difficultatē. Di-
cebas inquam hanc vitam non iudicā-
dam esse vitam, cum omnis boni adeo
egena sit: quod quē admodum abiecti
sit animi non querere vitam qua verē
vita sit, qualis est spiritualis, qua Deo
ac Domino nostro gratū prestatur ob-
sequiū. Petit itaque à me dominatio
tua, vt breuem aliquam formulam cō-
scriberem, qua vitam posset dirigere

con-

conformiter ad bonā voluntatē, quā Dei
 a Domini nostri beneficio iā habebat
 ad seruiendū diuinā maiestati. Hāc a-
 deo bonā & equā iudicauit petitionem,
 vt ad illā in opus deducēdā decreuerim
 hoc opusculū conscribere, ad quod prae-
 standū malui considerare summa bonitatis
 eius, qui largitur omne bonum, quod
 intellectū meū sit illuminaturus, quam,
 non obtemperare tua Dominationis
 praecepto, cui multis sum astrictus no-
 minibus: etiam si me excusare potuis-
 sem ob multos defectus qui ad hanc rē
 in me sunt. Et quoniam, vt idē Paulus
 nos docet, spiritualis doctrina dari de-
 bet iuxta cuiusque conditionem, sicut
 & cibus corporalis (vnde & manife-
 stū euadit eū qui alios spiritualiter in-
 struere voluerit, debere eorū qualita-
 tes aduertere quibus cū loquitur) pro-
 pterea decreui, cū singulariter hoc o-
 pusculum tua Dominationi dirigā illud
 inchoare, sumpta veluti pro fundamē-
 to, speciali obligatione, quam pra alijs
 habet persona in sublimitate cōstituta
 seruiēdi Deo, & exquirendi ac sequēdi
 vitam spirituale. Generosum enim cor

Spiritualis
 instructor
 quid de-
 beat age-
 re.

Personae
 in digni-
 tatē con-
 stituae
 debet ple-
 beias in
 obsequio
 diuino
 praecue-
 re.

ipsa

ipsaq; magnanimitas, quæ ipsis singula-
 riter competit, eos ad id inuitat; Hoc
 vbi tribus capitibus ostenderimus, scri-
 bemus quod vniuersos, & has tamen
 potissimum illustres personas respicit,
 quò viuunt secundum virtutem. Quæ o-
 mnia ad summi Domini nostri Iesu
 Christi, eiusq; intemeratæ matris glo-
 riam singularemq; tuæ dominationis
 ædificationem inchoãdo, poterit hic li-
 bellus inscribi Speculum illustrium per-
 sonarum. Quadratur sanè speculi nomen,
 eo quod qui exactè se in eo perspexe-
 rit, clarè intuebitur in facie seu vultu
 suo spirituali quas habeat maculas, po-
 teritq; faciem eandem his, quæ in spe-
 culo hoc continentur, decorare. Qua-
 dratur etiam quod additur illustrium
 personarum. Siquidem illarum vitæ
 magis relucere decet quàm aliarum, &
 ob id semper illas conuenit ob oculos
 habere huiusmodi speculum, in quo sè-
 per possint & seipsos & quotquot præ-
 sentes sunt, aut sibi subditi conspiciere:
 nempe quo pacto vtrique debeant al-
 tissimo seruire. Nam, vt statim initio
 declarabitur hos magis quam ceteros

De

Deo seruire decet, & subiectos ad id
 iuuare. Aequum etiam est, vt hi in a-
 nima sua eum habeant ordinem, quem
 continè verbo & exemplo suis procu-
 rare debent. De quibus omnibus non-
 nulla in hoc opusculo tractabuntur.

CAPVT I.

De magnanimitate qua illos qui in
 mūdo sublimiorem statum seu gra-
 dum obtinent, singularius mouere
 debet vt Deo seruiant.

QUum omnes ad id conditi si-
 mus, vt perpetuum regnū &
 gloriam possideamus, ac pro-
 inde in hoc equalem obligationē ad
 virtutes, quæ vt via ad regnum du-
 cunt, omnes habeamus: multa tamen
 sunt quæ hos magis quàm illos ad
 hanc ipsam virtutem obligent. Et
 præsertim videtur ad illam non pa-
 rum obligare maior horum quam
 illorum ad bonum inclinatio: Si-
 quidem rei difficultas quæ defectū à
 virtute aliquatenus excusare solet,
 in his qui prauam habent inclinati-
 onem

*Omnes ad
 virtutem
 tenentur
 propter
 finis no-
 stri præ-
 stantiam.*

*Propensio
 naturalis
 ad bonum
 magis ob-
 ligat ad
 virtutem.*

K onem

*Viri pri-
marij,
magis ad
virtutem
tenentur.*

*Peccato
nihil ab-
iectus in
orbe.*

onem indicat illos magis esse culpā-
dos, si virtute careant qui bonam na-
cti sunt inclinationem, atq; ita ma-
iorem habere ostenduntur ad illam
obligationem. Inter virtutes ad v-
nam cæteris generosiorum, magif-
que regalem, videntur personæ ma-
gis illustres, aut in sublimiori huius
mundi statu constitutæ maiorem ha-
bere inclinationem. Hæc est magna-
nimitas, cuius est dedignari sese ad
abiecta deijcere, sed maxima per-
agere ac procurare, quales sunt veri
magnique honores. Vnde manifestè
consequitur, quod cū nulla in mun-
do res magis abiecta sit, quam pecca-
tum, nihil que maioris excellentiæ
& magnanimitatis, quã virtus, ma-
gno ducendum est vituperio in hu-
iusmodi personis, si ab aliquo vicio
se vinci permittant: & ab nobiliori
vita, quæ virtutum est discedant. Est
tamen animaduertendum, quod in-
clinatione ad hanc magnanimitatis vir-
tutem in hoc mundo maximè obscu-
rata, ac pessundata est humana cæci-
tate. Nam etiam si multi natura sint

magna-

magnanimi, quia tamen magni- *Homini*
 faciunt huius mundi prosperitates, *etiam pri-*
 ac honoris obliti longè sublimio- *mariorã*
 ris honoris ipsius virtutis, maximæ- *præposte-*
 que fortitudinis quæ in hoc cõsistit, *rum iudi-*
 vt quis seipsum superet, summi que *cium.*
 præmij quod in cælo paratum est ijs
 qui in hac vita se sæ vitæ spirituali
 dediderunt: his inquam, omissis, in- *Vera for-*
 firmum huius mundi procurant, in *tudo in*
 quo toto corde totisque viribus oc- *quo con-*
 cupantur, illa ob suam cæcitatem *sistat.*
 magnificentes: illud verò, in quo
 potissimum consistit hæc magnani-
 mitas, propemodum nihili reputan- *Homines*
 tes. Sumunt autem prætextum huius *munda*
 insanæ complacentiæ, dicentes quod *nos quid*
 hic viuendi modus in vsu sit apud il- *excitare*
 lustres ac sublimes mundi personas, *soleat.*
 aliud verò reputatur abiectum, nec *Qui Deo*
 prospiciunt, quòd qui prudentes in *non serui-*
 mundo sunt, ipsos irrideant: sicut & *unt licet*
 summi principes cælestes, cunctiq; *diuites*
 eius aulæ curiales quorum minimus *sunt aut*
 maiorem habet regium apparatus, *honorati*
 quàm vniuersa regia Cæsarea huius lu- *viles*
 ni mundi, quæ viculus dütaxat est, *sunt &*
abiecti.

K 2

& hos

& hos ita fallit. Ex prædictis manifestum est, re vera plurimum abiectos esse eos qui magni habentur in hoc mundo, si vniuersas suas vires non occupent in spiritali vita seruitij summi sui regis, à quo sublimia illa beneficia obtinere possunt, quæ adeò corde desiderant. Manifestum quoque est, hos maiorem habere obligationem ad hanc magnanimitatis virtutem, & ad omne id quod ex ea procedit, ac proinde rectè etiam dici potest quod ob hanc obligationem, magnumque animum, magis ad eos pertineat omnis doctrina quæ vitam spiritualem concernit, quam ad cæteros, quorum exigui animi se non erigunt vt res tam arduas ac sublimes desiderent, & procurent. Sanè si admodum reputaretur abiectum, quòd magnus quispiam dominus in hoc occuparetur, vt minuta quædam grana saccari, quæ à lance in terram decidissent, colligeret: longè abiectius est animum collocare in vana delectationum, huiusque mundi prosperitatum dulcedine, cum certum sit

hinc

Illustriores homines ad virtutem cur magis quam plebei teneantur.

Collatio.

hinc consequi obliuionem: imò & perditionem maximè sublimis honoris & gloriæ, propter quæ datus est eis magnus ac generosus animus quem habent. Horum omnium quæ prædicta sunt, clarum dedit exemplū vniuersis suis aulicis generosus ille & clarissimus rex vniuersæ coelestis ac terrenæ curiæ Iesus Christus Dominus noster, dum offerens regalem suam personam, innumeris iniurijs & afflictionibus eam exposuit, propter coelestia magnalia: magnoque animo despexit regna mundi, cum ipsi offerrentur, & quouis alio tempore. Nescio sanè quo titulo vocet se illustrem in mundo dominum is, qui in procurandis huius mundi honoribus vitam insumit, cum regem suum videat mortem oppetere, quò ipsum à vano mundanorum honorum amore liberum redderet, & ad caelestes transferret. Rursum nescio quo pacto se inter magnates audet connumerare, qui cor suum ad res adeo abiectas demittit, cum re ipsa plurimum alienæ sint res abiectæ à perso-

Vt Christus sic homines etiam illustres mundi regna & opes respicere debent.

*Matt. 4.
Ioan. 6.*

*Peccatum
cur abie-
ctum.*

*Nihil nos
magis læ-
dit quam
peccatum.*

nis sublimibus. Hæc magnanimitas deberet singulariter personas nobiles inducere, vt nūquam peccarent, cum peccatum res sit maximè abiecta, eò quod aduersetur fidelitati quam Deo debemus. Profectò nulla lingua, nec manus aliena adeò potest iniurijs nos afficere, quantum culpa, quam nos ipsi indies committimus, nos deturpat coram Deo, cui semper præsentem sumus. Hæc ipsa quoque magnanimitas efficere deberet, ne nobiles vel sentirent quancunque aduersitatem, à quocunque proueniret, cum illa neminem prudentem amplius lædere possit, quam ipse animo æstimare velit. Verus autem & magnanimus rerum æstimator pro magno malo nõ ducit quicquid animam non contingit. Nam omne quod reliquum est, vbi iam habetur, debet obliuioni tradi, vbi autem transijt, non magis nos mouere debet, quàm id quod ob suam vilitatem meretur obliuioni tradi. Ad omnia quæ supra dicta sunt debent magnates quibuscunque modis

dis

is possunt, inuitare subditos, idque
 varijs rationibus. Primum, eò quòd
 ita fecerit summus rex, ac Dominus
 magnorũ & pusillorum. Secũdum,
 quòd potissimum ob id sit eis datus
 principatus, ac dominium quod pos-
 sident in terra, cum ad hoc dispona-
 tur omnis bona gubernatio à Deo
 imposta, ad quam illi sunt obligati.
 Tertium, quòd magnatibus debetur
 magna & præclara societas. Porrò
 inter omnes clarissima est virtus ac
 bona vita: quæ certè nullus concio-
 nator potest tanta facilitate in re-
 gione, vel terra plantare, quàm hi
 qui ei dominantur, si aduerterent,
 & facerent quæ prædicta sunt. Et qui
 id non faciunt, dicit Apostolus
 quòd infideles sunt, & infidelibus
 deteriores.

*Exemplo
 Christi
 Domini
 alios ad
 virtutes
 allicere
 debemus.*

*Principes
 viri si ve-
 lint potẽ-
 tiores
 sunt in
 virtute
 propagan-
 da concio-
 natoribus
 ipsi.*

CAPVT III.

*Quo in specie aperitur quantum præ-
 emineat vita spiritualis corporali,
 quod magnatibus necessitatem im-
 ponit, vt toti Deo seruiant.*

VT autem magnates apertius videant quàm decepti sint, æquum est vt annotemus, quòd vita spiritualis siue anima tantò amabilior est corporali, quantò amabilior est vniuersus mundus cum omnibus suis diuitijs vili sporta luti: quod optimè nos docet summus Deus noster, qui cum esset Dominus immensæ potestatis, vitam vixit plenâ immensis calamitatibus, tandemque mortuus est morte plena innumeris doloribus: quòd nos doceret hac spirituali vita viuendum esse, paruique corporalem hanc æstimari debere. Et profectò etiam si aliud nihil nobis ostenderet discrimen inter spirituales & corporalem vitam quàm experientia, quam omnes habemus, dum longè maius gaudium in anima percipimus, vbi nostra peccata defleuimus, quàm vbi vniuersis mundi gaudijs aut delitijs interfuimus; id solum deberet sufficere. Nam si peccata deflere, quod primum ac minimum est verorum operum eius qui Deo nouit viuere, tātum adfert gaudium,

*Vitã spirituales
quã corporales
pluris fieri
debere.*

*Peccata
deflere
primũ ac
minimum
opus est
spiritualium
operum.*

dum. adeoque sublime, quid, obsecro dicemus de eo, qui in ea vita succrescens, animoque tantum conscendens, ut se occupet in rebus cœlestibus, quod sanctis efficitur cogitationibus, eò progressus fuerit, ut in terra adhuc residens, experiri gloriæ magnitudinem, quam in aula cœlesti obtinebit, à qua longè absunt dolor, & lachrymæ. Huic sanè quæstioni respondere non poterit is qui id expertus non fuerit, neque is qui fuerit expertus verba nancisci poterit quibus id exprimat. Obsecro igitur ô illustres mundi principes, cunctique primates, ut ob Dei amorem, & iudicij subuersionem quam habetis circa vanam mundi gloriam, respondeatis, num verè credatis, hoc esse inter has duas vitas discriminè. Et quoniam vos id credere asseritis, cognoscite igitur quantum sit in vobis malum sublimia corda vestra ad vitam adeo abiectam demittere, segregando vos à tam sublimi vita: quo agnito pudeat vos tantæ abiectiōnis vestræ, fluantque

*Spiritualis
& munda
vitæ
discrimen
verbis
exprimi
nō potest.*

*Homines
pudere
deberēt se
ad tam
vilia
abiectam
demittant
re.*

ab oculis vestris lachrymæ, quod regem vestrum deserueritis, quum semper ob hanc causam, & non ob vllam aliam calamitatem fundi debeant à magnanimorum oculis lachrymæ. Obsecro præterea pro amore Dei, vt aduertatis quantæ sit abiectionis istud legere, & animo non sentire: quantoque maioris sentire quidem, sed obliuioni tradere. Quum ergo ita sit, hoc opusculum animo beneuolo suscipite, & ante oculos vestros tanquam speculum cõtinuè habete. Illud siquidem agentes, apertissimè perspicietis foeditatem vitæ vestræ præteritæ: atq; ita poteritis illam decorare atq; sublimare, quo grata sit summæ illius Domini maiestati suæ, seruire debetis.

CAPVT III.

Quod obsequia quæ magnates à subditis accipiunt, ipsos ad Deo seruiendum inuitant.

Magnus ille ac præpotens Deus, qui nihil aut facit aut fieri permittit, vnde magna
bona

bona non valeamus eruere, in fauorem magnatum huius mundi ordinavit, vt quoniam obligatio quam habent vt multis varijsque rebus satisfaciant ac respondeant, posset ipsis ad vitam spiritualem impedimentum adferre, è diuerso aliud semper ad manum haberent, quod ad bene viuendum ipsos inuitaret. Profectò enim non existimo vllòs in mundo esse, qui ante oculos ita semper habeant imaginem aut vmbra[m] veri obsequij erga Deum, quàm in hoc mundo sunt alij maximè obsequiosij. Nam, si rectè consideramus, quid sibi volunt exactum, & continuum obsequium quod magnatibus exhibetur, prompta ac reuerentialis obedientia, qua à subditis eis obeditur, vultus quem vniversi fingunt, & ostendunt conformiter ad ipsorum gaudiũ & tristitiã, in periculum pro ipsis exponere vitã, & quicquid possident quod fit quotidie, cū alijs obsequijs innumeris, quæ omnibus accipiunt cum magnis subditorum fatigationibus: quid inquam hæc aliud

K 6 sunt

*Præstitū
principi-
bus obse-
quiū ad-
umbratū
est ad ob-
sequi di-
uinum of-
ficiū.*

*Principi-
bus quod
inseruia-
tur, stimu-
lus esse
debet ad
obsequiū
diuinum.
Vera vita
spiritualis
consistit in
obsequio
diuino.*

sunt, quàm vmbra, ostēdens quo pacto debeant magno domino dominorum, & omnium imperantiū imperatori præstare obsequium. Possumus sanè asserere, quòd præ omnib⁹ obsequijs, quæ magnatibus in hoc mundo exhibentur, potissimum est quòd veluti signo quodam illis continuè dicitur ab ijs quæ ipsis ita obsequuntur. Vide homo (qui magnus quidem es nobis collatus, minimus tamen si ad Deum conferaris) quod humili nostro seruitio te inuitamus, vt magnis viribus, puritate ac fidelitate illi seruias, cui incōparabiliter magis obligatus es, quàm nos tibi. Verissimè sanè opinor dici posse, quòd, cum sublimis in terra status secum adferat imaginem veri obsequij, in quo vt dictum est, consistit vera vita spiritualis, maius est auxilium quod magnates inde accipiunt, quàm sit fatigatio seu distractio, quàm eis adfert sollicitudo suę gubernationis. Itaque vt ad nostrum principale intētum reuertamur, operæ precium erit vt aliquid singulariter dicamus de

eo quod scribere decreuimus, quo
possimus consequi ac seruare hanc
vitam spiritualem.

CAPVT IV.

*De ordine quo procedit hoc opusculum,
& de quodā summario eorum, quæ
in sequentibus tractantur.*

AEquum esse iudicauī, vt cum
illustres personæ mundo da-
tæ sint, vt illos quorum sunt
domini illustrēt, ac virtutibus splē-
dere faciāt, illud quod hic tradimus
eomodo tradatur, quò sit doctrina
vniuerso mundo utilis quem docere
sunt obligati, vt dictum est. Hunc i-
taque ordinem seruabimus, vt duo-
bus primum sequentibus capitibus
tria ponantur, quæ omnes, potissimū
tamen illustres personas, inuitare
debent, vt summo Deo nostro serui-
ant. Simul ostendendo quod hic Do-
minus plurimi faciat animæ obse-
quia. Deinde septimo capite subse-
quetur quibus in rebus debeant ipsi
seruire diebus non festiuis, addendo

K 7 cuncta

euncta que nobis facienda sunt à mane vsque ad vesperam: & quæ in illis seruanda sit directio: & ordo quo in omnibus Deo seruiatur, tam in spiritualibus quàm in temporalibus. Post hæc subiungetur decimo tertio capite, quibus in rebus Deo seruiant diebus festis: quanquam magnates & sublimiores personæ semper festiuè debeant Deo seruire. Ei autem qui doctrina quapiam & potissimùm hæc iuuari cupit, notandum est, quod nõ ita debeat illam suscipere, vt ea semel perlecta contentus sit eo, quod inde memoriæ mandauerit, sed eam sumere debet tanquam id quod animo deuoto sibi suæque saluti assumpsit, idque indies attentè admodum recitare seu relegere. Adeoq; expedit ita fieri, vt si ad id necesse sit, omitti alias preces, seu orationè dominicam frequentius repetitam, quæ assuevit quispiam legere, si hæc vna fieri nequeant, expedit potius tēpus impendere huic libello attentissimè perlegendo, idque animo ac desiderio in opus perducendi quæ in eo continetur.

*Precepti-
ones spiri-
talis vite
sunt sepius
legende.*

relinetur, quàm in recitandis illis pre-
cibus: nam id Deo gratius erit.

CAPVT V.

De tribus quæ vniuersos, potissimum
tamen illustres personas inuitare
debent, vt Deo seruiant.

EXperientia discimus tria esse
quæ efficiunt vt debitè alicui
seruiatur. Primum est eius qui
seruit nobilitas: secundum eius cui
seruitur magnitudo ac bonitas: ter-
tium spes præmij. Tria hæc, si rectè
ea consideramus, cum alijs varijs ef-
ficiant, vt nunquam omittamus ser-
uire altissimo. Primū itaq; dixi nobi-
litatē ei⁹ qui inseruit, inuitare vt be-
ne seruiat. Siquidē generositas cogit
quodammodo generosū, vt sublimi
modo perficiat opus, q̄ faciendū as-
sumpsit, idq; potissimum cū illi ne-
gotiū est cum personis generosis. V-
niuer si igitur quod ad hanc rem atti-
net, aduertere debemus qui simus, &
quantæ nobilitatis: inuenimus e-
nim vnumquemque nostrum ma-
ioris esse excellentiæ quàm sint
ceeli

*Tria sunt
ad serui-
endū Deo
necessa-
ria.*

*Prima cō-
sideratio.*

*Hominis
dignitas,
& excel-
lencia.*

*Libertatē
veram si-
bi compa-
rat, qui
Deo in-
seruit.
Psal. 81.*

coeli ipsi ac mundus vniuersus, cum ad imaginem & similitudinem Dei conditi simus, ipsiusq; filij, quando gratē ipsi seruiamus, ac postmodum perpetui regni eius hæredes. Hæc itaque nobilitas plurimum nos incitare debet vt Deo benè seruiamus. Nam, etiam si omittamus, quòd æquum est, vt generosus generositate vtatur, fidelitate ad debitè seruiendum, nihil aliud adeò efficit, vt ad summam veramque nobilitatem quàm exoptant, generosi proximè accedamus, quàm summo Deo seruire. Siquidem ex hominibus dij effimur, vt habet scriptura sacra: atq; ita (vt vulgo nonnullis dicitur) magis quàm regio sanguine progeniti sumus. Sicque merito dicimus idem quod D. Agatha Quintiano præsidi respondit, roganti cur se Christi ancillam diceret, cum generosam se esse personam assereret: Summa, inquit, ingenuitas ac libertas illa est, in qua seruitus Christi esse comprobatur. Hoc sanè iustissima ratione respondit. Nam soli illi futuri sunt

reges

reges cœli, quemadmodum habet
 sanctum euangelium: imò & in ter- *Matt. 24.*
 ra regibus terrenis sublimiores sūt.
 Nam sibiipsis dominando, etiam ei
 quod reliquum est dominantur. V-
 niuersi autem qui Christo non ser-
 uunt, non tantum diaboli filij sunt, *Deo qui*
 verum etiam vilia tandem efficien- *nō seruit,*
 tur eius mancipia in tenebris infer- *demonis*
 nalibus. Itaq; si quem ex priore cau- *vile man-*
 sa, nempe vt summam adipiscatur *cipiū est.*
 libertatem ac dominium, non inui-
 rat ad seruiendum Deo nobilitas, eū
 saltem terrere deberet grande ma-
 lum quod secūdo loco additum est,
 nempe quòd filius ac mancipium ef-
 ficiatur diaboli, atque ob id totis
 viribus niti deberet ad seruiendum
 Deo.

Secunda consideratio.

Secundò etiam aduertere debem⁹
 magnitudinem, dominium ac boni-
 tatem Domini, ad cuius seruitium
 creati sumus. Inueniamus autē abs-
 que vlla comparatione maius esse
 dominium quod obtinet Deus super
 vnum-

voumquemque nostrum ac super vniuersos reges, magnos & paruos, quotquot in cælo & in terra sunt, quam sit dominium quod habent reges ac magnates vel super vilem terræ sportulam: neque enim vel huius sunt veri domini: Deus autem aded

Leges terre non sunt verè domini.

Dei potestas immensa.

Dei benignitatem sæpius memorãdam esse.

Dominus est omnium illorum, vt vnico flatu possit vniuersos in nihilũ redigere, & omnes eos in profundũ inferni demerget, nisi ei seruiert: si verò ipsi seruiant, aded illos in futura vita exaltabit, vt verè agnoscant non aliud quàm vilem terræ sportulam esse quæcunque hic habebant, collata ad magnifica illa quæ ibi consequentur. Non est quod multis efferramus huius Domini magnitudinẽ, nam etiãsi nunquã cessaremus, parũ esset quod diceremus. Ego quoq; qui hæc scripsi, paucis decreui absoluerẽ, vt quod dicitur tenacius memoriæ inhercat. Iustum itaque est vt tanto Domino seruiamus, respectu cuius tam parui sunt vniuersi, vt diximus. Nec minus sanè nos inuitabit eius bonitas seu benignitas, quã vniuersis

versis vitæ nostræ momentis millies
 animo reuoluere debemus. Certè
 inter abiectos terræ homines magnæ
 benignitatis duceretur, si rex aut
 quispiam dominus ipsorum amore
 ac premijs eos inuitaret, cum ob per-
 petratâ ab ipsis in ipsummet domi-
 num prodicionem, posset acerbam
 de illis sumere vindictam. Maior ta-
 men adhuc esset benignitas, si pro
 huiusmodi proditoribus se plurimis
 afflictionibus ac morti idē Dominus
 exponeret. Verū supra omnē cōpa-
 rationem longè maior elucet hæc
 benignitas ac bonitas in excelso Do-
 mino nostro. Nam cum tantæ sit ma-
 iestatis, adeo quæ nullius egeat, ele-
 git ferre vitam tantis plenam labo-
 ribus ac molestijs, donec & illâ per
 aspera tormenta relinqueret, quò v-
 tinam daret his qui morte adeo dig-
 nierât: vt quæ sublimiori vita opibusque
 perpetuis ditaret eos qui adeo in-
 grati ac proditores fuerant. Magnus
 hic Deus infinita sua bonitate præter
 beneficia quæ diximus, etiam ange-
 lis suis præcipit vt continuè nobis
 infer-

*Dei beni-
 gnitas in
 nos quanta
 fuerit.*

*Dei beno-
 ficiorum
 in nos nu-
 merus in-
 mensus.*

inferuiant: præcipit vt coelum & terra ne vno quidem temporis momento cessent à nostro obsequio. Et præter hæc omnia, vt longè abundantius suam eximiam bonitatem ostenderet, voluit semper nobiscum in sacratissima Eucharistia permanere. Procurat modis innumeris vt veris bonis crescamus: neque vnquam cõsentit vt eis qui ipsi seruiunt contingat labor aut afflictio, nisi ea conditione, vt per hæc plurimum boni i-fis accedat, longeque magis, quàm nos ipsi, nostrum exoptat bonum. Sed rogo quid non efficiet in nostrum commodum, qui ob nostrum bonum tantis cum afflictionibus morti se tradidit. Quicquid sanè dici poterit, parum videtur ei qui hæc attentè cõsiderauerit.

Tertia consideratio.

Premia vite futura memorie repetenda. Dixi præterea quòd tertio cõsiderare debemus, quò magis anime-mur ad seruiendum huic tam magno tamque bono Domino, magnitudinem præmiorum quæ expectamus, fi

Ipsi seruiamus. Cumque adeo ma-
 gna sint, vt habet D. Paulus, quod *1. Cor. 2.*
 mundus vniuersus non sufficit ad ea
 exprimendum, aut imaginandum,
 sufficiat presentis considerationi,
 quod longè magis triste nuncium ef-
 fet, si vel minimo eorum qui in cœ-
 lis agunt, nunciaretur, Deum statuisse *Premia*
 illum inde auferre, & totius huius *vitæ fu-*
 mundi regem efficere, quàm si cui- *turæ quã-*
 piam regi huius mundi nunciatur *ta sint, e-*
 illum crastino die regno suo priuan- *leganti*
 dum, ac subditorum suorum lanceis *cõparatio-*
 confodiendum. Id ad eò verum est, *ne colligi-*
 neque vlla probatione egens, vt de
 eo nemo dubitet, nisi qui de omni
 veritate malè iudicat. Sanè etiam
 si is qui Deo seruit, hæc sublimia in
 cœlo præmia nõ expectaret, sed dun-
 taxat cordis plenam gaudio pacem,
 quam hic possident qui veræ virtuti
 sededunt, ac despectui seu reiectioni
 vanitatum huius mundi: vtque libe-
 ri sint à misera & nunquam quieta
 aut contenta vita, quam degunt hi
 qui in peccatis agunt, id solùm de-
 beret ad hoc sufficere, vt vniuersa
 vita

vita nostra obsequio huius magni Dei dedicaretur, quanto magis dum tanta tamque sublimia bona expectamus, vt diximus, etiam si nemo sit qui illa possit exprimere. Qui ergo hac supra dicta considerans, non excitatur & animatur vt Deo seruiat, certo sciat se somno mortis sopitum non omittat tamen operari donec excitetur. Præsto enim est Dominus vt remedium adferat nostris malis, si cum humilitate operemur quod in nobis est. Quod si quis prædictis rebus non excitatur, huic plurimum expedit, vt singulariter apud se ad querendum remedium scrutetur, nunc fortassis secreto alicui peccato sit obnoxius, cuius non habet conscientia remorsum. Quod si inuenerit, vera emendatione remedium adhibeat, statimque nouam sentiet salutem ac vires ad omne bonum. Poterit autem secretum peccatum appellari amor quispiam inordinatus, qui inflationem generat in anima: item quoduis dictum seu externorum bonorum cuiuspiam, aut aduersus bona pauperum,

A bono opere nullo modo cessandum, valet enim saltim ad conversionem.

Amor inordinatus secretum peccati.

perum, quorū sunt varij reditus, aut
 alia bona ecclesiastica seu secularia.
 Dicuntur quoque peccata secreta in
 beneficiorū aut officiorum reipub.
 distributione, quando huiusmodi
 tribuuntur aliquibus, eò quòd colla-
 tori aut eius maioribus seruiert, quod omnino paruum est, dum vel
 illi digni non sunt, aut sunt alij qui
 magis promerentur. In his atq; alijs
 varijs multi delinquant, qui non fir-
 mis, sed malignis prætexitibus ea ex-
 cisant. Quòdque peius est, plurimū
 dolēt cum eis aperitur veritas, quod
 etiam numerari potest, inter prædi-
 cta peccata secreta. Atque hinc est
 quod Deus nos deserit, neque enim
 in quibusdam tantū rebus Deo
 seruire debemus, quas nobis præci-
 pit, sed in omnibus. Neque tantum
 id cupere debemus intelligere, quod
 nobis delectabile est, aut non admo-
 dū molestū in eius seruitio: sed & id
 quoq; quòd ob nostram superbiam
 aut malitiam fuerit admodum labo-
 riosum. Qua de re non facile est sin-
 gularia adferre exēpla, nisi materia
 pluri-

In occultis peccata multi non raro labuntur.

In obsidione non delectant, sed laboriosa & molesta sunt querēda.

plurimum prolongetur: quidam enim in vna re peccant, alij autem in alia: neque id huic seruit proposito, ni vt hîc concludamus, quod ob hæc aut similia peccata quidam secreto Dei auxilio iustè priuantur: & ita prædictis tribus considerationibus non admodum mouentur, vt supremo omnium Domino prout debent inseruiant.

CAPVT VI.

Quibus in rebus Deo potissimum seruire debeamus: quodq; bonæ cogitationes ac desideria, sint Dei potissima obsequia.

*1. Tim. 4.
Pie mentis
actiones in Deum,
corporis actionibus
prestant.*

QUOD attinet ad secundū, quod in initio dicere constitueramus, quibus in rebus potissimum Deo seruire debeamus, annotādum pro fundamento erit quoddam D. Pauli documentum, quo tradi Dei obsequia quæ mente fiunt: veluti sūt Deum animo & bonis cogitationibus ac desiderijs reuereri & amare, maioris esse pretij quàm corporalia:

qua-

alia sunt ieiunare, aut similes alij labores: quanquam verum sit quod qui animæ exercitia operaretur, omissis ex negligentia corporalibus quæ præcepta sunt, illi certum esse se neutrum operari. Attamen hinc colligimus quòd omni tempore nobis ad Dei obsequium deputato, longè magis curare debemus, vt animæ obsequia præstemus quàm corporis: quanquam & hæc semper illis sociari debeant. Et præterea corporis obsequia quæ præcipit Ecclesia, nunquam omittenda sunt eo prætextu, quòd maioris momenti sint spiritualia. Nam id obedientiæ aduersaretur, quam etiam sacrificio Deus præferre se dicit. Hoc itaque iactò fundamento annotabimus vnitersa vestra seruitia in duobus consistere, nempe vt à malo declinemus, & operemur bonum: quæ duo rursus in vno Dei & proximi amore concluduntur. Quicquid ergo quouis modo cogitauerimus, aut operati fuerimus in hæc dirigèdo, id fit in Dei obsequium: quod si diuersam habet in-

Piæ corporis actiones non sunt vllò modo prætermittendæ.

*1. Reg. 15.
Psal. 36.*

*Obsequiū
diuinum
in quo consistat.*

L

ten-

*Modus
diei cu-
iusue feli-
citer trá-
figendi.*

tentionē, malum est. In his itaq; ver-
bis includitur, quicquid ad nostram
doctrinam scriptum est, quanquam
vt rectius ordine faciamus, quæ no-
bis agenda sunt, operæpretium erit,
vt annotemus, & indies relegamus
exigua verbis documenta, quæ se-
quuntur, in quibus forma traditur
impedendi viginti quatuor diei
horas, in quem modum reuolui de-
bent omnes vitæ nostræ dies, si cupi-
mus vitā nostrā esse vitā, non mortē:
si etiam cupimus perpetuæ vitæ glo-
riam obtinere, ac mortem euadere,
in qua semper moriuntur, viuentes
in angustijs innumeris. Et primū iu-
dicaui expedire, vt ponatur quod cō-
ueniat bono Christiano omni die a-
gere, in sequētib⁹ quinque capitib⁹.

CAPVT VII.

*De reuerentia qua Deo ac Domino no-
stro primo cuiusque tempore exhi-
beri debet.*

Primum itaque quod initio diei
agere debemus, priusquā aliud
quippiam aggrediamur est, vt
flexis

flexis in terra genibus maximã Deo exhibeamus reuerentiam, longè tamen in anima maiorẽ, quã hoc modo fieri debet. Erigamus cogitationẽ, memores eius quod supra diximus de maximo ac vniuersali Dei dominio: simul & perspiciamus, quã exigua res sit quisque homo, si conferatur ad tantam maiestatem: quodque id ipsum quod sumus ex ipsius beneficio habemus, tanquã eius creaturæ. In hac autẽ rememoratione ac consideratione persistamus, quantum possumus; est tamen magnum, etiã si tantũ ad spaciũ salutationis angelicæ perduret, quantum tamen magis durauerit, præstantius erit. Annitatur autem vt in illo suo dominio de gloria & diuitijs eius gaudeamus, quantum possumus: tantquam de bonis nostri & omniũ domini, qui ad eũ nos amat, tantaq; bona nobis præstitit, præstat, & præstabit. Quã ergo nũc diximus, est animæ reuerentia. Siquidẽ in prædicta consideratione, gaudio, & rememoratione, ipsi subiicim' intellectũ, volũtatẽ

Deum statim ex primo disci lumine quomodo colendus.

Animæ Christianæ erga Deum reuerentia quæ.

L 2

& me-

*Sæcti quo-
modo co-
lendi.*

*Aktionen
diuinæ
sunt manè
Deo of-
ferenda.*

& memoriam, quæ sunt tres animæ
potentiæ. Aduertamus autem quòd
ruditas magna, etiam in pueris iudi-
catur, si non norint cuique exhibere
quam debent reuerentiam: prædicta
tamen reuerentia soli Deo debetur.
Quod si interdum velimus & sanctis
exhibere reuerentiam, consideranda
nobis erunt eximia beneficia quæ à
Deo acceperunt, & quantum nunc
sint longè supra nos sublimati: qua
de re summè gaudere debemus, tan-
quam de dominis, & amicis quos
plurimum amamus. Verùm hac nūc
omissa, reuertamur ad eam quam in
dies Deo exhibere debemus, &
annotemus quod exhibita dicta re-
uerentia, statim corde proponere
debemus, quòd quicquid toto eo
die fecerimus, diuinæ maiestati of-
ferimus: eadem animi demissione
supplicantes, vt data sua gratia tri-
buat, vt in omnibus illis ipsi seruiam-
us. Nam sine eo nihil possumus.
Hæc autem omnia, vt diximus, animi
sunt non corporis: ad quæ non opus
est varijs verbis, sed tantum cogita-
tione,

tionem, desiderio, & voluntate, in Deum corde oblati; vt dictum est: quod facile factu erit, si toto animo in id respicimus.

CAPVT VIII.

De tribus alijs quæ quotidie facere debemus.

HAc reuerentia præmissa, æquum est vt signo crucis nos muniamus, tanquam pugnæ aggressuri operum, angustiarum, cogitationum, ac desideriorum quæ eodie offerentur: Deum obsecrantes vt ipsius crucis virtute eruat nos ab vniuersis nostris inimicis, nempe demonio, mundo, & carne propria: & hac fiducia in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti auspicemur vniuersa quæ illo die sua maiestas nos facere voluerit. Quæ, vt summatim dicam, quolibet die hæc fieri debent præter ea quæ prædicta sunt. Primum vt supra deuotione sacrum audiatur: prædicta reuerentia adorando sum. vñ illum Deum, qui realiter consistit in ipsa hostia & calice, post prolata à

*Sacra
Crucis sig-
no nos esse
commu-
nias.*

*Primum
Sacram
quotidie
audien-
dum.*

L 3

sacer-

facerdote consecrationis verba. Secundum, vt quisque se occupet in officio seu artificio sibi conueniente iuxta statum suum: manibus operando, aut alio modo, prout conueniens fuerit, in qua operatione singuli promovere habeant, subinde, aut saltem dum sonat horologium, meminisse summi illius Domini, qui vult vt operemur in illo opere quo tunc exercemur, illique supplicare vt nos sibi in hoc gratos habeat. Nam istud recogitare, & corde supplicare opus est animæ, ac proinde maximi pretij, vt diximus. Tertio etiam occupandi sumus in sumenda corporali refecti-
*Deo gra-
 tias agen-
 das esse
 ante &
 post sum-
 ptionem
 cibi.*
 one: antè & post quam semper Deum benedicere debemus, qui nobis illam præstitit, illique ex animo supplicare vt tribuat nobis in ea temperantiam, & hic metus profit ad sibi præstandum seruitium. Quod etiam pretiosum animæ opus est, adeò vt in manu nostra sit edendo, bibendo, aut aliud quiduis operando, Deum honorare illique seruire, vt facien-
1. Cor. 10. dum docet D. Paulus. Non igitur nobis

nobis tradendum est, in quibus Deo seruiamus, cum in singulis nostris affectionibus possit anima illi seruire, ut dictum est: cuius obsequia semper magna sunt, etiam si abiecta operemur, veluti comedere, & aliud quod corpori prouidemus.

CAPVT IX.

Quo pacto debeat quisque propriam gubernare familiam: qua in re vniuersi, potissimum tamen magnates, magnam debent habere curam, exemplo illius magni omnium familiarum domini summi Dei nostri.

Quartum quod sequitur, in quo is quæ res tangit, toto die occupari debet, est gubernatio propriæ familiæ. Quia de re cum aliquid decreuerim dicere, visum est inchoare à fundamento quodam, quo vniuersi prudentes, gubernatores ac rectores vsi sunt: quodque magnus ille vniuersæ creaturæ gubernator exemplo demonstrauit: nempe ut quisque in familia, dominio aut prouin-

Qui preest, preest in spiritu lenitatis.

cia sibi subiecta conetur, etiam interdum repugnante natura, ijs quib⁹ præest amicabilem vultum præbere, verbaque dulcia, mixta tamen amabili grauitate, ne nimia familiaritas occasionem tribuat contemptui. Debet item aduertere qui alijs præest, vt, etiam si quosdam præ alijs diligat, idque verbis, & operibus ostēdat, non fiat id cum aliorum despectu, nec quisquam se sentiat contemni, aut vilipēdi, in eius societate: sed potiùs iudicent singuli se amari, ac benignè tractari. Sanè qui istud fecerit, etiā in parua familia abundè ei ministrabitur, & etiā in paucis terris magnus erit Dominus, & ex omnibus supremo Domino seruiet in rebus quæ statim subijciētur. Debet itaq; quisque suæ familiæ dominus continuā & ex animo exactā adhibere diligentiam: vt nouerit quo pacto & quib⁹ in rebus sui occupātur, vtrū Dei ac domini nostri præcepta seruāt: potissimùm vtrū sint nonnulli iurare affueti, aut sanctum eius nomen blasphemantes: vtrū sacrum
audi.

Qui præest suorū, despiciat neminem.

Qui præest de vita suorum frequenter inquiet.

andiant, peccata confiteantur, & ad
 sacram synaxim accedant. Utque in
 vniuersum dicam, curare debent vt
 in ipsis plantent vitam quæ secundū
 Deum est: eradicando omnia vitia,
 nunc verbis, nunc moderata castiga-
 tione. Nam intemperata & iracunda
 castigatio plurimum mali adfert, et-
 iam ei qui castigatur, iuxta D. Pau-
 lum: imò & in eo qui ita castigat,
 fortassis est culpa proprii affectus,
 quā sit illa, quā in alio nititur corri-
 gere. Moderata ergo castigatio in o-
 mnibus seruāda est, siue ætate maio-
 res sint filij, aut famuli, siue paucorū
 annorū. Debēt præterea patres fami-
 lias dicere vniuersis qui suæ sunt fa-
 milia, ita vt omnino intelligāt ex a-
 nimo dici: vt certò sibi prædictū ha-
 beant, quòd si ipsis seruire cupiunt,
 nō modo sibi seruanda sunt quæ ipsi
 præcipiunt, sed longè magis ea quæ
 Deus præcipit. Neq; enim bonus ser-
 uus est, qui nō procurat, quantū in se
 est, honorem domini sui, ac omnia
 quæ illi adferre potest obsequia. In
 hoc autem longè plus temporis de-
 bent

Qui præ-
 est, suorū
 mores in-
 formare
 debet.

Col. 3.
 Ephe. 6.

Obsequiū
 diuinam
 humano
 prorsus
 obsequio
 in fami-
 lijs præ-
 poni de-
 bet.

Illustriores personæ in quibus tēporis collocare debeant.

Potentioribus inquirēdum quomodo subditis iustitia administraretur.

Inuidos acriter puniēdos.

bent in sumere maioris status personæ, quæ multos habent subditos. Nā de legibus ac consuetudinibus disquirere debet, quæ sunt in terris suis, inducendo subditos verbis amicis, & quæ magis patrū sint, quàm dominorum, vt quæ bona sunt obseruent, non permittentes quæ mala sunt. Magnam quoque debent adhibere diligentiam, vt sciant quibus modis impotentiores tradentur: vt omnino intelligāt qui sub ipsis iustitiam administrant in terra, nihil magis in eis displicere dominis suis quàm si impotentiores quouis modo iniuria afficiant. Id autem secretissimè perscrutari deberent per bonos viros, qui in terris suis inueniuntur: quòd si interdum inueniant eos qui dominis aperiunt mala quæ in terris suis contingunt, ob id perperam ab alijs excipi, æquissimum esset vt acriter castigarētur qui illos malè excipiūt. Hæc omnia debent dicere suis, qui aliquam habent administrationem: præmonēdo, vt hæc præ oculis habeant, magis quia Dei honorem promouent,

mouent, quàm ob vllum proprium *Subditi*
 commodum, vel honorem. Subditi *superioris*
 quoque hæc intelligentes prouoca- *diligentia*
 rentur vt Deum ex animo amarent, *et equi-*
 ipsique feruissent tanquam Domini *tate no-*
 suorum dominorum: cuius respectu *rint suis*
 apud suos dominos maiori essent in *superiori-*
 pretio, meliusque tractarētur. Super *bis in o-*
 omnia curare debent domini, vt tē- *mibus*
 pla quæ in sua sunt ditione munda *esse Dei*
 admodum sint, ac reparata ornāmē- *propositū*
 tis, calicibus, & corporalibus suffi- *honorena-*
 ciētibus. Quòd si hæc vsquam desint, *cultus di-*
 amicabiliter & secretò sacerdotes *uinis in-*
 super his monere debent. Quanquã *primis ca-*
 enim id magis sit episcoporum, illi *paribus.*
 tamen gauderent, si ab alijs in hoc
 inuarentur: tantoque ampliùs Do-
 minus Deus temporales dominos si-
 bi gratos haberet, qui etiam horum
 curam haberent, quantò minùs ex
 officio id ad ipsos pertinet quicquid
 fit ad honorem Domini sui, ob do-
 minium quod ipsi ab illa maiestate
 acceperunt. Hæc aliaque multa quæ
 occurrent magna sunt opera, &
 seruitia, quibus magnates occu-

*Bonum e-
xēplum,
quantum
proximo
profit.*

pari deberent, & quibus Domino Deo nostro magna præstantur obsequia: alijque magnates eorum talia exemplo peragentium ad idem pro-uocarentur: ita vt vniuersa terra sanctificaretur, ipsisque plurimum accresceret meriti ex omnibus quæ & hi & illi optauerunt. Aduertere debent magnates quòd magnus ille suus & omnium Dominus pauper effici voluit, magnisque subijci laboribus, vt homines obtinere possent magnas coeli diuitias. Sunt autem in causa vt hæc suis subditis depereant, si ipsos vt tyranni pertractent: si permittant vt ab administratibus iustitiã tyrãnicè fatigentur, cum ad hoc designati sint subditi subditorum Domini, vt pro ipsis mortem oppetant, si necesse fuerit, quæadmodum fecit supremus dominus pro ipsis & pro omnibus. O vitam illustrẽ illius magnatis, qui aduertens se habere subditos suos à manu magni illius vniuersorum regis, & quod illis dominatur, potius vt eos conseruet in omni bono, & virtute, quàm vt ab illis vectigalia, &

serui

*Domini
in suos
subditos
quales esse
debet.*

seruitia accipiat: præterea confide-
rans, quod Deus pretioso suo san-
guine illos ab infernali tyranno li-
berauit, vt ex illis efficiat filios, ma-
gnosque in cælo Dominos, postquã
in terra patienter sustinuerint sub-
iectionem, qua ei subijciuntur, tra-
ctat illos tanquam fratres sibi æqua-
les, prout erimus vbi vitam hãc bre-
uem reliquerimus: & tanquam per-
sonas tam sublimi dominio deputa-
tas. Porrò quo pacto tractari de-
beant, & supra dictum est, & lex fra-
terna id exprimit. E diuerso autem
nescio quam prætexere possit vir
nobili profapia progenitus excusa-
tionem, qui vt sua vana ac praua ex-
pleat mundana desideria, nihili fa-
cit, etiam si quæcunq; prædicta sunt
peragere negligat cum suis subditis:
Imò non solum ea omittit, sed
praua sua vita potius illis occasio
est maioris perditionis. Quod; peius
est, vt totum se apertius dedat suis
vitiosis insanijs, innumeris illos
grauat vectigalibus. Profectò vita
huiusmodi, viri illustris mors po-
tius

*Subditi
quomodò
debeant à
suis domi-
nis tractari.*

*Nobiles
& poten-
tes domi-
ni quã
præposse-
rè subdi-
tos suos
regant.*

*Nobilium
suo domi-
nio abu-
tentium
grauissi-
ma mal-
sta.*

tius dicenda est, quàm vita, cum ani-
mam suam turpibus corporis delitijs
captiuam habeat, mortuam, & innume-
ris sordibus vulneratam: cum etiam
ad illum consequatur, vt vbi ad bre-
ue tempus delitijs citò transeunti-
bus se oblectauerit, dominio quod
in terra habuit, priuandus sit: simili-
ter & hereditate magni illius coele-
stis dominij, quòd obtinebunt ipsius
subditi: dum ipse efficietur perpe-
tuum dæmoniorum mancipium, v-
bi omnia ad viuum ab eo exigentur.
Sanè æquissimum est, vt is perpetuò
fiat huiusmodi tyranno cum dolore
subditus, qui cum magnum accepis-
set dominium, quo & se, & alios ex-
altaret, illo vsus est contra eius qui
tradiderat præceptum & voluntatē.

CAPVT X.

*Quod in bonis cogitationibus magna
sint opes, in malis autē grande malū.*

Quintum quod nobis consideran-
dum est, in quo in vitæ nostræ
processu occupari debemus, est, vt
animum recolligamus, & immo-
remur

remur in bonis cogitationibus ac desiderijs quæ occurrerint: quòd si nò occurrerint, ea procuremus magna solertia. Contra verò, vt separemus, magnaque cum abominatione abijciamus mala ac vana desideria quæ passim occurrunt. Nam in quolibet horum agendo magnum Deo exhibebimus obsequium: sunt enim magna animæ opera etiam si ex nostra cæcitate ea parui æstimemus, cum in rei veritate etiam vnicū prauum desiderium, cui locum damus, sit dignum æterna morte: bonum verò gloriam promereatur nunquam finiendam. Porrò bonas cogitationes dicimus circa vniuersa quæ in hoc libro aut in alijs huiusmodi scripta sunt: prauas verò quęcunque circa peccata versantur, vt vitia ac fastus huius mundi.

Male cogitationes summa diligentia sunt reijciende.

Cuius boni vel mali cogitationes cause sint. Cogitationes bonæ & mali que sint.

CAPVT XI.

Quod assumi potest honesta aliqua recreatio in leuamen laborum nostræ fragilitatis corporeæ.

LAudant philosophi, nec reprehédunt theologi iucundas aliquas

*In re-
creationi-
bus quo-
modo se
gerendum.*

*In recrea-
tionibus
quod pro-
positum
habere
debemus.*

*Recrea-
tionis in
quem finē
& quo
modo sint
assumen-
de.*

aliquas recreationes, iuxta cuiusque ætatem ac conditionem. Est tamen animaduertendum, quòd in huiusmodi recreationibus quisque debet cautè admodū incedere: latet enim in illis præcipitium, si multum in illis occupemur, aut ea ex animo assumamus. Debent igitur quantum ad opus ipsū honestè recipi: potius tamen moriendum est, quam vt vitiosum aliquid committamus, quātumuis necessaria nobis sit recreatio. Præterea temperatè sumi debent, ita vt potius seruiant pellendo fastidio, quàm vt potissimum quærat recreatio, vtque vno verbo concludamus, assumi debent, tanquam ea quæ in se minime sunt æstimationis, sed ne deficiat miserum hoc corpus quod illis eget: puta dormire, edere, cæterisque huiusmodi miserijs, & corporeis recreationibus. Qui etiā filios habent, ipsos circa prædicta monere deberent, alioqui hostes se ipsis exhibent non patres. Porrò exercitia recreationum quæ cum aliorum damno fiunt, veluti sunt nonnullæ

nullæ venationes, reputari debent inter vitiosa, & illorum loco substitui honesta: neque satis facit quorundam excusatio, qui se admodum inclinatos asserunt ad venationes, aut alia huiusmodi: ob id enim legibus altissimi subiicimur, vt nõ quod cupimus, sed quod debemus operemur. Ob hanc autem subiectionem plurimùm gaudere ac lætari debemus. Est enim gloriosum, tam sublimem habere Dominum, & ipsi seruire: potissimum cùm ab illa maiestate tam sublimia expectemus præmia.

Venationes quæ cum damno proximi fiunt omnino tollendæ.

CAPVT XII.

De termino quem singulis diebus imponere debemus, & quod initium nocti in qua nobis quiescendum est.

Reliquum in quo vita nostra impendetur, est somnus aliquis: qui non ad vitium assumentus est, sed vt corpus vires recipiat, quibus Deo Domino nostro seruiat. Annotandum ergo est quòd, vt melius hoc agamus, accedente nocte

Somnus cur sit assumendus.

*Examen
conscien-
tiæ vespere
facien-
dum sal-
tem per
quartam
horæ par-
tem.*

*Errata
diei sedu-
lo com-
memo-
randa.*

*Modus
examinã
de con-
scientiæ.*

nocte post alia officia aut exercitia, quæ ea hora à quolibet fieri solent, æquissimum est vt ante dormitio- nis tempus ad quartam horæ par- tem, aut saltem ad huius dimi- dium occupemur in exercitio que- dam admodum necessario: quo & malis in quæ eo die incidimus, re- medium apponatur: & noster som- nus in pace sit, siue quietus in Domi- no, veluti propheta David assume- bat, vt dormiētes ac vigilantes sem- per ei seruiamus: cum illa maiestas vtroq; tempore semper prospiciat quid nobis vtile sit, à malis innume- ris & à dæmone nos protegens. Est igitur istud quod quarta illa parte horæ facere debemus, vt ad memo- riam reducamus culpas, in quas toto eo die incidimus. Antequam confi- derationem, magnam Deo reueren- tiã exhibere debemus in modū eius de qua ad initium diei diximus. Sta- timque recogitare num in aliquibus deliquimus eorum quæ supra posita sunt ad eius obsequium: ex quolibet in his commisso defectu, etiam si mor-

mortale peccatum non fuerit, assumendo quanto maximam possumus displicentiam: quemadmodum huius mundi obsequiosi famuli de quouis defectu contra dominorum suorum obsequium facere solent, etiamsi mortalis non fuerit, nec gradem penam demereatur. Deinde cogitare debemus num aliquod præceptum transgressi sumus, eodem modo de hoc dolendo: post hæc num verbis aut cogitationibus superbiæ aut impatientiæ excessibus: ad hæc num in aliquo mortali deliquimus, quã maximum dolorem potuerimus, inde concipiendo: etiamsi de quolibet, in quo nos peccasse aduerterimus, breuissimo duret tempore. Quod si duros nos ad dolendum de peccatis inuenerimus, cõsideremus illa fuisse causam mortis, ac plurimorum dolorum Domini nostri Iesu Christi: cuius pia quoque mater ob hæc sub cruce cor magno dolore trãsfixũ habebat. His sanẽ cogitationibus cor nostrũ emollietur. Quod si quis fortasse dixerit sibi non vacare, vt quouis die

Dolor de peccatis commissis quomodo sit excitandus.

*Preca-
tio-
nes ante
somnum
faciendæ.*

*Signo san-
ctæ Crucis
diem esse
clauden-
dum.*

ac nocte ita de peccatis doleat, de-
beret saltem quouis die sabbari, aut
pridie festi diei sub nocte id agere:
quo die dominico aut festo à somno
experrectus, aptior esset ad sanctifi-
candum diem illum, quemadmodū
Dominus præcipit. Hoc peracto, &
recitato symbolo Apostolico, quo
fidem Catholicam cōfitemur, simul
& oratione dominica: ac salutatio-
ne angelica benedictę Dei matri, cui
nos ipsos semper commendare de-
bemus, & de cuius præminentijs
indies frequentissimè, ad agendum
inde Deo gratias, memores esse de-
beremus, poterimus muniti signo
salutiferæ crucis quiescere, ac dor-
mire, quantum iuxta cuiusque con-
ditionem ac vires iudicauerimus es-
se necessariū. Eius qui talis est som-
nus à Deo benedictus erit, maneque
surgens incipiet, ac prosequetur
magno cum gaudio vniuer-
sa quæ supra scripta
sunt in singulos
dies.

CAPVT

De obsequijs qua festis diebus Domino Deo nostro exhiberi debent : qua quotidie præstare debent hi qui in rebus mundi & manuum laboribus non occupentur.

AEquum omnino fuit, vt exigente nostra supina inaduer-
tencia deputarentur nonnul-
li dies, qui ad certa quædam obse-
quia Deo sanctificarentur, conse-
crarentur, & huiusmodi sunt domi-
nici ac festi dies. Dixi id egisse no-
stram supinam ina uertentiam. Nā
qui æquo vteretur iudicio, dies
vniuersos celebrare deberet tanquā
festiuos: cum celebritas illa festiua-
lis regi vniuersæ gloriæ exhibeatur,
qui semper in festis versatur incom-
prehensibilibus. Facientes autem
quod debemus, dum cum tanto do-
mino semper in suis festis præsentem
essemus, vita nostra longè amplius
ditaretur veris diuitijs, semperque
postmodum ijs festis congaudere-
mus quæ maiestas illa celebrat, cum
ad

*Dies festi
cur sunt
instituti.*

*Diebus
festis qui
agendum.*

ad

ad ea nati sumus. His itaque diebus cessare debemus ab omni opere manuum, omniq; temporali occupatione: vt in eo quod spirituale est, longè perfectius anima se occupare valeat. Habentes autem pro prærequisitis supradictis obsequijs, quæ indies exhiberi debere diximus, quæ

Illustriores personæ magis tenentur ad sanctificationem maiorum festorum quam plebes.

Quæ diebus festis potissimum fieri debent.

Primum dicitur cap. 14. Secundum cap. 15.

in specie & longè perfectius festis diebus præstare debemus, æquum est vt alia subiungamus, in quibus veri Dei serui festis diebus sese occupare debent, quæ vt diximus magis cõtinuè exhibere debent terræ magnates, cum pluribus diebus à negotijs vacent temporalibus. Tribus ergo rebus videtur in specie comprehendiquicquid his diebus facere debemus iuncto simul eo quod prius dictum est indies esse faciendum. Primum consistit in recogitandis magnificis Dei operibus, ac beneficijs nobis præstandis: quod in symbolo Apostolico quod indies recitamus, siue in articulis fidei cõprehensum est. Secundum in eo consistit vt animæ virtutibus studeamus, ac in ijs

exerc-

exerceamur. Tertium, in eo vt mori
 discamus cum semper moriamur, &
 tam citò finienda sit vita nostra. Ex-
 pediat autem vt de singulis horum a-
 liquid tractemus sequentibus capi-
 tibus.

Tertium

ca. 16.

Alias se-

pe medi-

tandum.

CAPVT XIV.

*Quod sit admodum utile exercitium,
 quod singulariter fieri debet circa
 beneficia quæ a Deo accepimus.*

Naturale est vt eos metuamus
 qui admodum potentes sunt,
 amemus autem illos qui no-
 bis benefecerūt: porro initium om-
 nis boni in timore consistit, præsum-
 ptio verò, in timoris carentia. Deus
 Dominus noster infinite potestatis
 est, à quo manat omnis potestas cœ-
 litum & terrestrium: vt nos credere
 confitemur dum dicimus: Credo in
 Deum Patrem omnipotentem. Est-
 que admodum utile istud semper
 recogitare, vt magna illius pote-
 stas nos humiliet ac terreat: & pro-
 inde metuamus talem offendere,
 aut quicquam præsumere. *Quis*

Timor

initium

omnis bo-

ni.

Potentia

Dei cur

sepe reco-

lenda.

enim

enim non demittet, aut potius abij-
 ciet vanam suam præsumptionem,
 dum attentè considerauerit tantam
 potestatem, adeò terribilem omni-
 bus terræ regibus, quibus facilius
 aufert animam, mittens illam in
 barathrum inferni si ipsum non ti-
 muerunt, neque de beneficijs ab eo
 acceptis seruiuerunt, quàm quisquam
 collum columbæ contorqueat. Co-
 gitemus etiam beneficia, quæ in dies
 nobis præstat, & quæ præstitit, vt ad-
 uertamus quantum nos amet, ipsum-
 que redamemus. Coelum ac terram
 ad nostrum obsequium cōdidit, ne-
 que enim illis indigebat. Et id con-
 fitemur cum dicimus, creatorem cœ-
 li & terræ. Angelos nobis tradidit
 in custodes continuos. Parua sunt
 hæc omnia, dum recogitamus quòd
 maiestas illa de cælo in terram def-
 cenderit, non vt sibi ministraretur,
Matt. 20. velut loquitur in euangelio, sed vt
 ministraret, quo melius nobis ser-
 uiretur. Fuit autem modus quo
 nobis seruiuit, quòd factus homo in
 visceribus beatæ Mariæ virginali-
 bus,

*Dei bene-
 ficia quæ-
 ta fuerint
 erga nos.*

bus, & ex ea natus, miserum præsepe *Christus*
 statim elegit, ubi tanquam commu- *pauper factus*
 nis infans fleuit: magnam sustinens *et ut nos*
 paupertatem, ut per hæc omnia no- *perpetuò*
 bis perpetuas daret diuitias, ac vitã *diuites*
 in qua abest omnis ploratus: ut etiã *efficeret.*
 præberet nobis exemplum, quo co- *Terrena*
 gnosceremus quã spernenda sit *commoda*
 terræ prosperitas, cum ipse qui est e- *que cõtē-*
 terni patris sapientia, ad eò in totũ *nẽda sint.*
 illam contempserit. Non est sanè
 obliuioni tradendum, aut parui du-
 cendum tanti Domini seruitium,
 tanto suo labore, pro gente tam ab-
 iecta, & ad tantam eius gloriam per-
 actum. Post hæc deferente eum ma-
 gno cum labore benedicta matre
 sua, fugit in Aegyptum. Et ne scribẽ-
 do siam prolixior (quanquam reco-
 gitando prolixi esse nequeamus) *Christus*
 post vitam mille plenam laboribus, *nostri*
 & in nostrum obsequium impen- *causa ad*
 sam, mortuus est morte immensis *mo, tem*
 plena doloribus & abiectiõibus. *vsque ser-*
 Cum ergo mortem vsque nostra *uinit.*
 causa seruerit, aduertamus quã
 parum sit quod facimus, etiam si in

M

omni

omni eius mandato ipsi seruiamus
 vt magis in gloria, quam ad eò nobis
 exoptat illa maiestas, crescamus. Post
 hæc omnia resurrexit cum magna
 gloria, & in caelos ascendit: reditu-
 rus vniuersorum iudex, vt in corpo-
 re & anima perpetuum rependat in
 caelo præmium, vniuersis qui, vt di-
 ctum est, ipsi seruiuerint: aut si non, vt
 æquum est, ei seruiuerunt, veram pœ-
 nitentiam peregerint. Aduertamus
 tamen D. August. tanti nominis ac
 sanctitatis doctorem dubitare, num
 danda sit ad veram pœnitentiam per-
 agendam gratia ei, qui cum in vita si-
 bi data ac sanitate posset Deo serui-
 re, id differt vsque dum mors pec-
 candi vires ipsi præripit: quòdque
 bonus ille latro qui cū Christo mor-
 tuus est, inuitat nos ne desperemus,
 nō tamen aufert à nobis dubiū,
 de quo habet D. Aug. Neq; enim vel
 vna hirundo facit ver, neq; vnus la-
 tro qui saluus factus est, dicit, nō cō-
 demnandos alios innumeros, quo-
 rum erat & alter latro, qui sinistram
 Christo clauderat latus: nec tamen
 liber

*FO. 41.
 Peniten-
 tiā male-
 factorum
 nō ad vl-
 timam
 vsq; sene-
 cutē dif-
 ferendam.*

liber fuit à sententia mortis æternæ,
quæ in extremo iudicio feretur ad-
uersus vniuersos latrones, & eos qui
tantis Dei beneficijs ingrati sunt,
neq; inde ipsi seruiunt. Hæc omnia
cum indies in symbolo Apostolo-
rum recitemus, æquum omnino esset
vt ea quoque non negligenter per-
currêtes recogitaremus: sed in quo-
libet horum immorantes, ac si præ-
sentes adessemus: potissimùm autem
dum regina cœlestis filium suum v-
tero gestaret, ipsumque pareret, ex-
hibendo eis varia obsequia, & reue-
rentiæ signa, tanquam si nunc præse-
tes eū nasci videremus. Rursum sin-
gularius in ipsa passione, cogitan-
tes Christi captionē illam adeò ig-
nominiosam, verbera, coronam spi-
neam, innumeraque opprobria: qua-
lia nunquā vlli facinoroso vidimus,
aut audiuimus fuisse illata: quæ om-
nia ab imperiali illa & diuina maie-
state suscepta fuerūt, vnà cum morte
crudelissima quæ subsequuta est, quò
nos inuitaret ad spernēdas pōpas, &
hōnōres mundanos: ad quos cæci

M 3 qui

*Mortis
Christi
considera-
tio rerum
munda-
narū con-
temptum
excitat.*

*Omnes
Christiani
sed poten-
tiores po-
tissimum
Christi
domini
passionem
recolere
debent.*

qui hæc non perspiciunt, continue irruunt. Aduertendū nobis est, quòd si qui mundanis rebus ita occupantur, vt hæc indies recogitare nequeant, diebus saltem festis tempus aliquod sibi deputare deberent, quo hæc meditarētur: vt adimpleto præcepto quod de festorum sanctificatione acceperunt, opus simul peragerent, vnde tantum boni ipsis proveniret. Nullam tamen inuenio excusationem quam habeant mundi magnates, vt indies ista non expleant, saltem ad dimidium horæ spatium: cum, etiam præter hoc quòd eorum magnanimitas ad hæc magna ipsos inuitat: magna quoque libertas qua fruuntur, vt se secretò recolligant, non paruum ad hæc præbet occasionem. Præterquam etiam quòd in cūctis negotijs iuuari possunt, per multos qui ipsis inseruiunt. Precamur Deum altissimum vt cæcitatem ab eorum cordibus auferat, quo videant hæc aliaque magnalia quæ adeò desiderant, nescientes quid desiderent, quæque ipsis adeò occulta sunt.

CA

CAPVT XV.

Quod virtutum studium in hoc mundo plurimum neglectum vniuersos maximè exaltet: attamen illustribus personis singulariùs conueniat.

Scientia homines reddit illustres, potiùs quàm nobili maiorum sanguine esse progenitos, *Vera scientia que* ant quam vniuersæ diuitiæ. Vera autem scientia est Iesum Christum in *fit.* nostris habere conscientijs: qui longè magis delectatur in palatijs virtutum vnius rustici pagani, quàm in regijs seu castris regum & imperatorum mundi, quibus desunt virtutes. Aduertendum tamen quòd vt rã sublimi scientiæ operã demus: opus est *Lectio spiritualis multum inuat ad pietatem;* aliquo libro, vt quæ studio diligenter insudemus, & quod studio adepti sumus; gnauiter animo reuoluamus. Vtq; diligentiùs nos huic studio possemus impendere, nec pretextum vllum haberēt etiam qui alijs in libris legere nesciunt, datus est nobis liber sapientiæ Dei, qui est ipsemet Christus Dominus noster, qui in scripturis

M 3

sacris

Christus liber vitæ & scientiæ.
Apo. 3. 5. 20.

Libri pij diebus festis saltem lecti vadi.

Quæ in hoc libro legenda sint.
Primum.
Charitas in Deum quomodo se prodat.

sacris dicitur Liber vitæ: in quo nullo labore, sed potiùs cum inæstimabili gloria semper addiscunt vniuersi beati secreta & perfectiones omnium rerum. Hic liber scriptus est crassiore scriptura ob gentem rudiores, & ab hoc excæcante mundo excæcatâ, quando magna cum animi modestia, ac patientia sanguine aspersus, & cruci affixus est: vt si hæc adeo necessaria in terra legamus, alia sublimiora ac secretiora quæ in eo continentur, videre ac intelligere mereamur. Quapropter debemus indies (qui autem nequit indies, festis saltem diebus) librû hunc adeo preciosum ad aliquod tempus in manus sumere, ac frequentissimè de virtute in virtutem euoluere, inde vel pauxillum indies addiscendo. Potissimum autem & primò debemus maximè sublimem charitatem addiscere, qua se nobis dare voluit ad omnia quæ nobis necessaria erant, ibique intelligere quàm æquum est, vt totos nos sumus illi maiestati omnino dedamus, adeo vt vitam totam impendere cupiamus, & in eius obsequio:
 & ita

& ita cupiamus, vt omnibus in rebus
 opere compleamus. Is autem certò
 poterit confidere hanc in se habere
 charitatem, qui in se perſentit viuã
 quandam voluntatem: qua cupit à
 Domino Deo nostro aliquid ſibi
 præcipi, illiq; obedire in omnibus
 quæ nouerit ſibi eſſe præcepta: quæ
 admodum ſentiūt hi qui terrenis
 ſeruiūt regibus deſiderio exigentiu
 præmiorū, quæ ab illis expectant. Et
 valde æquū eſt vt abundantius id ha-
 beant qui magno regi regū ſeruiunt,
 cū hinc longè maiora ſciamus ſecu-
 tura præmia. Præterea annotabimus
 quò integrior ac certior ſit noſtra
 charitas, vtq; noſtrū obſequium ſit
 præſtātius: & quia nō æquū eſt, vt tā-
 te maiestati ſeruiatur potiffimū in-
 tuitu præmij, quòd ad ipſi ſeruiēdum
 ſēper nos mouere debet ſūma & in-
 finita ei⁹ bonitas ac maiestas, quòd q;
 ſit hoc ſeruitio digniffimus: quæ ad-
 modum latiùs ſcriptū inuenient, qui
 methodum ſeruiendi Domino Deo
 noſtro legerint ſecundo docu-
 mento ibi poſito. Hoc autem ſub-

*Dei ma-
 iestas &
 benignitas
 nos ad
 Dei amā-
 dum ſēper
 impellere
 debent.*

*Deo ser-
uendum
non præ-
mijs ipse,
sed ob
lãm eius
bonitatẽ.*

*Matt. 2.
Mansue-
tudo &
humilitas
Christi
addiscen-
da.*

limiter addiscemus in hoc diuino libro qui est Christus Deus noster. Cùm ergo videamus quod cum hic esset rex æternus, voluit seruire nullis inductus nostris meritis, sed sola sua bonitate: non satis nobis fit nisi ei seruiamus ob eandem illã bonitatẽ absque alio, quod saltẽ potissimũ ad id nos inducat. Et certẽ tantò copiosiora erunt nostra præmia, quãtò libentiùs seruiuerimus absq; villo ad illa respectu. Alios sublimiores modos ad veram charitatem inueniet in prædicto libro vitæ qui expeditè in eo legere nouerit. Verũ istud in præsentia sufficiat his qui adedò instructi non sunt. Addiscamus quoque eius mansuetudinẽ & animi humilitatẽ, quemadmodum ipse nos adhortatur in sacro euangelio: & aduertemus turpe admodũ esse vt superbia ac iracundia extollatur vilis seruuulus, cũ præsentem habeant suum Dominum adedò excelsum, qui verbo & exẽplo ipso ipsum inuitat, tanta mansuetudine & animi humilitate, quantum ostendit sacra ipsius vita, & longè apertius

pertius horrenda eius passio. Disca- *Diuitias*
 mus similiter parui aestimare diuiti- *esse contē-*
 as, cum illum semper videamus. Di- *nendas.*
 scamus fugere corporales, adeò no-
 cius delitias, cum ille adeò plenus
 laboribus ac doloribus semper vi-
 xerit, in cruce autem felle, & aceto
 in sua fiti ei succurrerint: etiam si a- *Christus*
 lias innumeras omittam eius amari- *verus no-*
 tudines. Addiscant etiam ab eo diui- *ster Sa-*
 tes mundi opera misericordiae vt e- *maritan^o*
 genis subueniant. Aduertant quòd *quo phar-*
 dum omnes infirmi essemus mortali *maco sit*
 ac perpetua infirmitate, descendit *in nos in-*
 hic summus Deus factus medicus, *firmos v-*
 nostraque graua mala reparauit: nò
 herbis, aut medicinis communibus, *Egenis*
 sed vniuerso suo pretioso sanguine. *subueniē-*
 Acquissimū ergo esset, vt hi diuites *dum vt*
 curā haberent ac misererētur infir- *nobis*
 morum, captiuos redimerent, vesti- *Christus*
 rent, aliaque remedia præstarēt pau- *subuenit.*
 peribus, cum summa illa maiestas
 tam perfectè & tanto cum labore
 hæc fecerit. Addiscant singulari-
 ter magnates amicam habere iusti-
 tiam: cum videat hunc summum re-

M s gem,

*Iustitia
& equi-
tas erga
subditos
seruanda.*

*Veritas in
omni ne-
gotio am-
plectēda.*

*Adulato-
res nō sūt
audiendi.*

gem, qui ex maxima sua potentia in-
numeris alijs modis nos poterat re-
dimere, id noluisse nisi sua ipsius
morte efficere, vt peccatum sufficiē-
ter puniretur. Quòd si ob nostra sce-
lera voluit in regia sua persona pu-
niri, longè sanè iustiùs est, vt quisq;
in seipso propria castiget. Neq; per-
mittant vt aduersus tenues vllum
grauamen aut iniustitia committa-
tur. Addiscāt propterea magnates vt
amici sint veritatis. Nā etiam si omit-
tamus, quòd ipse Deus veritas est, et-
iā idem pro veritate mortuus est, vt-
que nos ad illā deduceret. Gaudere
debent cū veritas negotiorum eis
aperitur, & abominari consortium
adulato-
rum, qui occultant eis veri-
tatem: Ponat Dominus Deus noster
hac in re remedium quod maximè
est necessarium. Vt plurimū enim
videmus quod veritatem audire no-
lunt, quia ipsos pungit, gaudentq; vt
eis referāt, ita se cuncta habere, quo-
modo ipsi fieri cuperent, etiam si sci-
ant re vera aliter se habere. Atque
hinc prouenit quòd qui his inserui-
unt

niunt non studens in libro vitæ, in quo contra veritatem nihil admittitur: sed vt suis placeant dominis, student in libro mortis, hoc est falsitatis: sēper præcogitantes quid loquentur aut respōdebūt, cōforme ad prauam illorum appetitum. Profectō nequeo cōcipere quo pacto dici poterit, filius Dei, qui veritas est, feruus, qui abominabitur dicentem sibi veritatem, quod id sibi displiceat. Rursum nescio quomodo dici possit amicus veritatis, cuius, vita falsa est, cuius vita semper mentitur magno illi Domino: cui in baptismo fidem publicam præstitit renunciare omnibus mūdi pompis, quod nouimus adeò manifestè indies infringi, ab ijs quos talia magis seruare deceret, vt pro lege iam id tueri velint: tanquam si aduersus altissimi leges cur-

*liber vi
æ, falsitas
labor
mortis.*

*Vitæ
Christi
domini est
thesaurū
esse om-
nium vir-
tutum.*

reuertamur præcipuum, has & cæteras omnes virtutes in hoc libro vitæ addiscere debemus: illum semper præ oculis habentes in omnibus quæ egerimus: frequentissimè meditâtes excellentias, quas in sacra eius vita & morte scriptas inuenimus. Et profectò quanquam virtus propter solū Deum semper sequenda sit, attamen etiam si aliud non esset, quàm vt innumera quæ in hoc mundo sese offerunt, dolores & angustię minori dolore perferri possent, id solū sufficere deberet, vt quis virtutē semper sequeretur. Quis enim obsecro in terra liber ab anxietatibus, doloribus & infirmitatibus est? nemo sanè: sed multos impletos videmus, nunc proprijs aduersitatibus, nunc eorum quos plurimùm diligunt. Quā frequenter aufert mors eos quos præ cæteris amamus? Quoties sese offert rei familiaris nostræ & eorum quibus bene volumus, perditio? Quot metus omni momento aboriuntur? Quot indignationes proueniunt, & ab æqualibus & ab

*Vita hæc
plena est
timoribus
& miserijs.*

& ab inferioribus? Hæc aliaque plura æquali animo perfert, qui virtuti deditus est: nouit enim hanc esse uoluntatem Dei, in quo habet omne bonum suum. Contra uero peccator cum nihil habeat in Deo ut in his laboribus eum protegat ac tueatur, *Virtus* tãtò amplius illum lædit quodlibet *magni do-* horum, quantò magis uanos mundi *loris leu-* honores & blandientes delicias in- *men.* ordinatè amat: atque idcirco plus quàm duplicatos sustinet dolores. Quapropter aduertant uniuersi, & potissimùm magni domini, quos magis deceet omnis nobilitas & maiestas, quosque ob maiorem terneritudinem ac dominium magis pun gere solent confusiones: aduertant inquam quantum ad eos pertineat operam dare ac laborare, ut dictum est, in uirtutibus. Quòd si ob terrenas & nullius momenti occupationes istud omiserint, agnoscant suam perditionem: quærantq; remedium, cum ad eò breuis sit uita, ut statim dicemus.

Quod mortem semper præ oculis habere debemus: peccator, vt à peccatis refrenetur: iustus verò, vt gaudeat, & quolibet temporis momento per eam separetur ab hac misera vita, quò ducatur ad vitam æternam.

QUum post hanc vitam tam cæta sequatur mors, æquum est, vt qui scripsimus quo pacto oporteat bene viuere, addamus etiã aliquid quò discere quis possit bene mori. *Omni die morimur*, ait Seneca, eò quod singulis diebus portio vitæ nobis amputatur: & quanto crescendo procedimus, tantum decrescente vita morti approximamus: in tantum vt si rem exactè pensemus, vt habet D. Gregorius, aliud non sit vita præsens, nisi quædã proluxa mors. Et certè si hoc vt æquum est meditemur, maiori animo ad vitã quæ supra descripta est curreremus, maioriq; moderatione sisteremus in vita vitiosa quam sequimur. Deberent

Mors quotidie nobis imminet.

recogi-

recogitare quicumque paruulos ha-
 bēt liberos, quōd quantū crescit eo-
 rū corpusculum, tantū in dies aufer-
 tur, & abbreviatur illorum vita: &
 hac consideratione temperatur in-
 ordinatus amor quem ad illos ha-
 bent, certa que mors, quę illis appro-
 ximat, inuitaret: & huiusmodi pro-
 lem inducerent ad quærendam ibi
 vitam, vbi nunquā mors expectatur:
 neq; tantū studium ponerent ad con-
 gregandum illis temporalia, quæ tā
 citō ipsos deferent, etiam si non im-
 probetur hoc studium modō fuerit
 moderatū. Rursum cōsiderare debe-
 mus, quemadmodū rectē monet D. Bernardus,
 quomodo nobis morien-
 dum sit: magnique beneficii loco du-
 camus, si mors non subito nos præ-
 occupauerit. Quōd si lētē adueniat,
 considerare deberemus, quod mil-
 le anxietatibus (à quibus neque nos
 ipsos tueri poterimus, neque au-
 xilio nobis esse poterit mundus v-
 niuersus) dissoluetur corpus istud
 quod tantopere amamus, vniuer-
 samque deperdet speciem. Oculi
 isti

*Liberi
 qua de re
 sint docē-
 di.*

*Confide-
 randum
 nobis est
 quomodo
 sit morie-
 dum.*

*Morientiū
membro-
rum de-
scriptio.*

isti paulatim suo tandem non fun-
gentur officio: linguaq; veluti mor-
tua omnem gustum amittet. Inæsti-
mabilis erit dolor eius, qui tali regi
non seruiret, qui solus eum iuuare
possit. In numeris agetur timoribus,
qui ipsum etiam tremere cogant.

*Horror
dæmonum
adstantiū
in morte.*

Dæmones se præsentés offerent, ma-
iori quàm vnquam antea vafricie,
ne tunc eis depereat quod exacto tē-
pore laborarūt, vt suo seruitio sub-
derent vitiosos: imò etiam aduersus
iustos tunc validè pugnabunt: ve-
rùm illis succurretur à potenti do-
mino, vt vltimo quoque vitæ mo-
mento animum habeant ad obtinē-
dam gloriosam victoriam: nempe
adeò accedētes vt summa obtineant
præmia ijs reposita, qui nobiliter &
seipfos, & magni Dei sui hostes vi-
cerunt: æquum tamen est, vt quisque
apud se perpendat, quantus erit ter-
ror ipso mortis tempore, incueri
horridos dæmonum aspectus. Certè
si mors ipsa ex se est adeò terribilis,
tantèque anxietatis & amaritudinis,
vt ne molli quidem strato moriens

leis

sele mouere possit: in maximum re-
 ducent discrimē tam terribiles tam-
 que experti præliatores, quales sunt
 dæmones. O diem certissimum, &
 quando futurus sit, incertissimum.
 O diem tam memoria dignum, &
 penitus obliuioni traditum. O diem
 tantam prouidentiam requirentem,
 & nullam habentem. O diem quo
 tunc maximè desiderabitur vita, quæ
 tunc nulli cōcedetur. O diem cuius
 gratia concessi sunt omnes dies, cui
 tamen pluximi nullum dederunt ad
 quod debebant. O diem tristem &
 maledictum illi qui semper secutus
 est consolationes & delitias, huius-
 que vitæ honores: cum ipse Dei fi-
 lius dicat in euangelio: Væ vobis di-
 uitibus qui habetis hic consolatio-
 nes vestram. O diem talibus tristis-
 simum, post quem nunquam vel mo-
 mento fruentur suis delitijs, quas tã-
 topere procurarunt: sed perpetuos
 habemus dies maledictionis, angu-
 stia & tormentorum, in vicem quod
 obliti sint huius memorabilis diei:
 ac proinde contigit eis vita tam in-
 ordi-

*Mors petra-
 catorum
 pessima.*

*Omnes
 vitæ no-
 stræ dies
 ad diem
 mortis re-
 ferri de-
 bent.*

Luc. 6.

*Mors di-
 uitibus
 vmbra.*

*Morientiū
ratio dis-
par.*

*Mors pre-
ciosa.
sanctorū.*

Psa. 11. 55.

ordinata, qua tam miseram mor-
tem, tamque miserabiles pœnas æ-
ternas sunt promeriti. O Contra
foelicem diem ijs qui eius semper
memores fuerunt. O diem veræ no-
stræ natiuitatis ad vitam, quæ æter-
nam habet vitam. O diem tanta ra-
tione exoptatum, cum mors in eo
finiatur, & perpetua ac triumphans
vita inchoetur. O diem qui suum
splendorem omnibus præteritis die-
bus diffundens, emundat eos ab om-
ni viscoso mundi humore. O diem
summi lucri ac gloriæ, cum futurus
sit dies, quo possimus vitam quam
tantopere amamus, offerre supremo
Domino: qui illam cupit recipere,
qui quæ suam morti vitam exposuit
vt nostram ditaret. O diem mortis
iustorum præciosum in conspectu
Domini, sicut canit regius prophe-
ta: quandoquidē tunc ipsis ostenden-
tur sublimes excellentiæ ac præcio-
sæ diuitiæ ad quas creati sunt, &
propter quas abiecta huius mundi
contempserunt. Itaque ò illustres
personæ ac Domini huius mun-
di, ad

di, ad quos singulariter opusculum
 hoc dirigitur, obsecro vos & obte-
 stor per ardens quod habetis desi-
 derium vitæ honorificæ ac delecta-
 bilis absque vlla mixtura molestiæ
 aut indignationis, vt huius diei qui
 vobis iadubiè continget, memores *Confide-*
 sitis. Considerate quanta diligentia *ratio*
 vobis seruitum est in hoc mundo: *mortis res*
 tunc autem nullum recipere pote- *valde sa-*
 ritis seruitum, si non seruistis sum- *lubris.*
 mo illi regi, cuius estis & vos &
 omnia vestra. Videte similiter quâti *Ecel. 7.*
 circumdabunt vos dolores, quàm a-
 maros edetis gemitus: quàm cito
 vermes dominabuntur huic vestro
 corpori, quod tantis cum saporum
 varietatibus illis præparatur? Quod
 si hoc aduertitis, certè in æternum
 non peccabitis, vt habet Sapiens:
 non peccantes autem occupabimini
 in vita supra descripta, post quam
 transactam plurimis & magno gau-
 dio plenis occupationibus, quæ ta-
 men vetitæ non sunt ab vniuerso-
 rum Domino nostro, peruenietis
 ad gaudium vniuersorū bonorum:
 quæ

que vobis & omnibus, qui vobis honesta vita fuerint associati, præparata sunt in æternum. Quod nobis omnibus contingat in læcula sæculorum Amen.

FINIS SPECVLI
illustrium personarum.

INDEXEORVM
QVAE SVMMATIM IN SINGULIS cuiusque partis huius opusculi documentis & capitibus continentur.

PRIMAE PARTIS.

Generalium quarundam considerationum, & compendij perfectionis Euāgelicæ. Documentum primum. pag. 1.
De sine & scopo propter quem agere debemus in remedium defectuum nostrorum. Documentum secundum. pag. 12.
De duplici modo seruiendi Deo, & quomodo omnes, sed maximè religiosi